

No 28
Q. F. F. Q. S.

THE SIVM
THEOLOGICA
RVM PENTAS,

Quam

Ex contentu Summe Reverendæ Facultatis
Theologicæ,

Sub moderamine

ADMODUM REVERENDI Atq; CLARISSIMI DOMINI,

DN. JONÆ FAHLENII,

S. Theol. Profess. h. t. Facul. Theolog. Decani.

M. ANDREAS BERGIVS

Publico examini exhibet die xx. m. Junio,
An. MD CCXXIV.

ABOÆ,

Excud. E. M. FLODSTRÖM, Reg. Acad. Typogr.

liden no. 1. no. 50.

THE

THEOLOGICAL

TRINITY

1850

Its objects are to promote the study of

theology and the sciences connected with it

and to afford a liberal education to the

young men who are admitted to its

DR. JONAS FAHLBERG

President

M. ANDREAS BERGQVIST

Professor of Theology

ANDREAS BERGQVIST

Exam. E. M. Bergqvist, M. D.



THES. I.



Communis fere obtinuit

sententia *Theologiam Naturalem* a vestigiis, reliquiis vel ruderibus imaginis divinæ esse derivandam; Ex quo autem recentioris ætatis nonnulli Theologi in hoc, si unquam alio, litium controversiarumque feracissimo seculo experti sunt, luxuriantia fanaticorum ingenia abuti doctrina de ruderibus imaginis divinæ ad incrustanda turbida ac inepta sua dogmata, e. g. de verbo & lumine interno, in centro animæ lucente; vel essentiali, quod inde à tenera ætate in nobis existit, divino penetrante lumine, de scintillis divinis post lapsum in homine residuis, & aliis ejusmodi *Φορτικαῖς ἀκέρμασι*; adurationem *τέρας καρδίας* sequi voluerunt, docentes, augustissimum DEUM post deplorandam humani generis *ἀποστασίαν* nullas pristinæ integritatis, h. e. suæ imaginis in homine extare voluisse reliquias,

quibus notitia rerum divinarum naturalis suos deberet natales. conf. B. D. SEBAST. SCHMIDTUS, *Consummatus tractatu, de imagine divina; Celeberrimus olim Rostochiensium Theologus B. D. JO. FECHTUS, Colleg. msc. Wittenbergensium hodie Theologus immortaliter de sanctiori Republica meritis D. GOTLIEB WERNSDORFIUS, meditatione Theologica, de reliquiis imaginis Divina, Wittenbergæ Anno O R. cl. mccc hab. & celebratissimus hodie in illustri Academia Rostochiensis Theologus Primarius, quondam hospes ac Præceptor noster indulgentissimus, jam fautor desideratissimus, D. JO. JOACHIM. WEIDENERUS, in Colleg. Diss. Theolog. §. IV. pag. 29. Ut adeo Theologia naturalis in homine ad imaginem DEI condito ante lapsum, consideretur vel quoad ea, quorum hodie ex lumine rationis qua tali capax est, & hæc sensu biblico ad imaginem divinam non pertinent, sed ad hominem, qua talem, quippe sine quibus non homo sed brutum esset: vel quoad ea quæ hodie ex revelatione seu scriptura sacra unice hauriuntur, & quæ gratiæ supernaturali debentur, & horum notitia proprie & biblice ad imaginem divinam spectat.*


THES. II.

Pletista, qui se a cœtu nostro separant & ab Ecclesia sanctiori secessionem faciunt, ut eandem pro matre agnoscere recusent, sectam omnino constituunt. Conf. Theologus & Cancellarius quondam Tubingensis JO. WOLFFGANG. JÄGERUS, *sistemate Theolog. pag. 23.*

seq. quidquid renitatur Pietistarum Patroni, ut ENNO RUDOLPH. BRENNENSENIUS, - juria utriusque LicentiatuS, Serenissimi Orientalis Frisia principis advocatus Generalis, in seiner so genannten Ehren - Rettung/ Anno 1707. pag. 25. Pietismus, inquit, est ens rationis nullibi existens, nisi in cerebro quorundam Theologorum hereticum. Negant quoque dari Pietismum Theologi Hallenses, in Ihrer so genannten Verantwortung/ pag. 154. quos confutavit inclutus Hamburgensium Theologus SEBASTIANUS EDZARDUS, mysterio impietatis fanatico pietistica, & Cl. Mag. WOLFFIUS, absurdis Hallensibus.

THES. III.

ETiamsi de omnium, maxime plebejorum, Reformatam religionem profitentium, salute non desperemus; minime tamen machinationibus pseudo-irenicis subscribimus quibus flammam ex subcinericis igniculis nuper elicuit, ac vulnera vix dum confanuisse visa & ad cicatricem perducta refricuit D. CHRISTOPH. MATH. PFAFFIUS, Tubingensis hodie Cancellarius & Theologus; hic variis scriptis in lucem editis pro pangenda pace inter Lutheranos & Reformatos puriorem nostram ecclesiam orthodoxam zudacter turbavit inque ea gravissimas turbas, difficulter extingvendas, imprudenter excitavit; tot retro seculis suis moliminibus rejectis denuo φιλιππιζειν haud verecundatus; Optamus sane, ut noxam suæ temeritatis aliquando agnoscat atque formæ sanorum verborum, quam parum
Chri-



Christiane parumque consule deseruit, iterum se tradat. Legi heie merentur *HUNNIUS, de fundamentali dissenſu doctrina Evangelica & Calviniana, & MASLIUS* von dem unterschied der wahren Evangelisch = Lutherischen / und der Reformirten Lehre: unus autem instar omnium esto facultatis Theologicae Wittenbergensis Gründlicher Beweis / daß die Calvinische Jhrtum den grund des Glaubens betreffen. Conf. 2. Cor. 6: 14. & 15. & *exempla ex sacris literis passim obvia.*

THES. IV.

ADversariorum Theologiam polemicam ex odio quodam Vatiniano lugillantium tot sunt turmae ut desperati fere videantur ausus futuri iisdem se opponere velle; atque horum agmen præ ceteris ducit *GODOFR. ARNOLDUS, in historia sua heretica sive Ketzeren und Ketzer = Historie;* hic per varias calumnias & criminationes omni Theologiae polemicæ, quantum quidem in se, summo studio paravit exequias. Sed non mirandum homines nulli certæ religioni addictos, ruptis semel repagulis, eo audaciæ & temeritatis delabi, ut id impugnent, cujus ope potissimum vincuntur; scilicet, ad Theologiae polemicæ odium ejusmodi homines vix aliud stimulat quam metus, ne sui errores per eam detegantur. Taceo nunc alias causas, quæ eorum mentes fascinant, ut sunt, fastus spiritualis, gloriæ novæ reformationis affectatio, præposterum pietatem quomocumque promovendi studium, veritas

tis intellectualis fastidium & contemptus, ordinis ecclesiastici odium, & reliq. conf. B. D. JO. FECHTIUS, *diss. Theol. de studio Theologiae polemicae contra fanaticos & novatores, nominatim G. ARNOLDUM, defenso*, hab. Rostochii M. D. CCIV. conf. Tit. I. 9. & II.

THES. V.

Male & ἀφιλοσόφως comminiscuntur indifferens & pietis hæresin suam sibi vindicare sedem non in intellectu sed in voluntate; quoniam hæresis formaliter seu ratione suæ formæ omnino est in intellectu; consequenter autem seu ratione adjuncti esse in voluntate ultro citroque largimur: formale inquam hæreseos consistit in errore, pertinacia vero adjunctum illius duntaxat necessarium est.

Vid. Epist. ad Tit. III. 10. & II.

SOLI DEO GLORIA.



Received of Mr. J. B. ...
the sum of ...
for ...

Witness my hand and seal this ... day of ... 1877

Attest:
Notary Public for the State of ...

My Comm. expires the ... day of ... 1878

JOHN B. ...